

1511. u. 3. Julij.

Sigism: Rex Poloniae Joanni Two-  
rowski Capiteo Stipendiario.

Gnōse: Intelleximus ex tuis Lris quomodo in  
gubernando Exercitu isthū Nro tibi commissio  
adhibeas diligentiam. Quae cura ista tua est no-  
bis plurimum grata, et gratiam erga te Nram  
cumulationem tibi auget inno et istorū bonorū  
hominum tuum militantium obsequia sunt  
Nobis valde grata; propter quae gratiam Eis  
magnam habemus, et singulis eorum occasione  
se offerente, benigno officio referemus.

Scripsimus, mandantes Mgō Thesaurario Re-  
gni, ut mittat tibi et Stipendiarijs Stipen-  
dium. Sed nihil det his, qui per servitores  
duntaxat militant, se vero ab Exercitu absen-  
tant. Tibi autem cum Stanislaō Lancho-  
rowski Capiteo Samericensi mandamus, ut  
tunc, cum pecunia danda Eis erit, omnes  
revideatis, debite an non serviant. Et omnes  
absentes, nemini ex favore parendo, fideliter  
nobis describatis. Datum 3. Julij. 1511.

